

6.¹⁾ De palio^k subtracto. Scripserunt¹ sic: „Domina quedam absque mariti sui scitu, palium emit [apud quemdam civem]^m, qui iam occisus est, ut liquet. Quod Iudeus quidam arrestavit iudicialiter apud eam, que restituere vult palium ad gratiam iudicis et iuratorum et iudei. Unde petimus nos informare, qualiter ipsa super confessionis gratiam, illese fame, iudicialiter evadere debeat etⁿ emendare.“ Quibus responsum est: „Ex quo notorium est, quod mulier palium illud apud illum interim interfectum comparavit et prius bone fame etiam honeste conversationis matrona extitit, ut scripsistis, ipsa ad nullas emendas iudiciarias obligatur. Sed iudeus, si super ipso palio iuramento suo, ut iuris est, suum fore probaverit, ipse idipsum palium obtinebit via iuris. Et mulier pro valore seu damno illius palii eiusdem bona interfecti, ex quo rationabiliter emisse apud ipsum^o dinoscitur, impetere potest.“

7.²⁾ De plutrums.³⁾ Item pro plutrums solus in cruce unus se expurgabit.

8.⁴⁾ Rubrica de amissis rebus et apud aliquem inventis. a) ⁵⁾ Item apud quem equus, vacca, porcus, vestimenta vel alie res consimiles invente fuerint in civitate amisse, ille ipsas restituat et approbet mettercius, quod tales res in foro libero emerit. Si autem in testimonio ceciderit, suspendio peribit. b) ⁶⁾ Item, si aliquis carnes ad forum portaverit et cutem secum non habuerit seu adduxerit, 12 denariis subiacebit in emenda. c) ⁷⁾ Item decrevimus, ut quicumque equum apud aliquem detinuerit, iusticia iudicis sunt 12 denarii. De bove, si detentus fuerit apud aliquem, iusticia iudicis sunt quatuor denarii. Et si equus ille detentus fuerit ita quod vulgariter^p anevang^q dicitur, si suus adversarius suum venditorem produxerit, liber erit etc. de ceteris. Si predictus equus super⁶⁾ advenam vel hospitem remanserit et si secundum^r innocentiam suam probare voluerit, primo in cruce solus, ipse advena pro exilio iurabit, postea mettercius in cruce se probare poterit, equum suum obtinebit^s. Sed indigena non indiget facere pro eo calumnie iuramentum.

^{k)} Hs. immer diese Schreibung. ¹⁾ Hs. dahinter est, zu streichen. ^{m)} Fehlt, so oder mit ähnlichem, Namen? zu ergänzen, Fortgang sonst sinnlos. ⁿ⁾ Hs. et, vel wäre besser. ^{o)} Hs. apud emissa ipsum.

^{p)} Hs. in vulgariter, vielleicht gemeint in vulgo? ^{q)} Kürzung anezvāt. ^{r)} Hs. dafür das Zahlzeichen 2^m. ^{s)} Letzter Satz nicht ganz in Ordnung; nach dem entsprechenden deutschen Text von c. (99) müßte er übertragen lauten: Si innocentiam suam probare voluerit, in cruce solus iurabit; si advena est, pro exilio iurabit; postea tertius probare poterit et equum obtinebit.

¹⁾ S. o. S. 434. ²⁾ S. o. S. 460.

³⁾ Das Folgende ist der lateinische Wortlaut zu c. (48), Fortsetzung der jura originalia. ⁴⁾ S. o. S. 434.

⁵⁾ Das Folgende Wortlaut mit Abweichungen von c. 549.

⁶⁾ Das Folgende der lateinische Wortlaut zu c. (72).

⁷⁾ Das Folgende der lateinische Wortlaut zu c. (99).

⁸⁾ Im Sinne von apud.